HONORI
EXCELLENTISSIMI
ET ILLUSTRISSIMI
DOMINI,
D. FERDINANDI,

S. R. I. Comitis de Plettenberg, Wittem & Eyſs, Dinaſtæ in Nortkirchen, Domini in Capellen, Davensberg, Allrott,
Sacræ Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis, nec non Eminentiſſimi & Sereniſſimorum Electorum Colonienſis & Bivariæ,

CONSILIARII INTIMI,

Et reſpectivè Supremi Cameræ

PRÆFECTI,

Epiſcopatûs Monaſterienſis

MARESCHALLI HÆREDITARII,

ET

PADERBORNENSIS SUPREMI SATRAPÆ,

Ordinis Equeſtris S. Michaëlis

COMMENDATORIS &c. &c.

DOMINI ET PATRONI SUI GRATIOSISSIMI

DEMISSISSIME INSCRIPTA.

EXCELLENTISSIME, ET ILLUSTRISSIME DOMINE, DOMINE GRATIOSISSIME.

DE judiciorum materie pervulgata quidem at non minus utili, in conſeſſu publico diſſertationem exorſurus, dum imbecilli meo de judiciis ſtatuendi judicio Atlantem circumſpicio, qui hoc ſtudii mei juridici monumentum auctoritate ſua ſtabiliat, dignitate condecoret, gratiâ protegat, & robore ſuſtineat, Fortiorem & Illuſtriorem Atlantem, qui hanc clienti opem adferat, cumulatius non comperio, quàm Te Excellentiſſime & Illuſtriſſime Domine Comes; *cujus indefeſſis dudum humeris tot ponderoſa provinciarum gubernacula felici diſtinctione impoſita, glorioſiſſime ſuſtinentur, Atlantem non minùs gratioſum & ſingularem in clientibus* Tua *ſuccollandis* Gratia *Generoſitatem in* Te *annis ab hinc duobus expertus ſum, cum à* Sereniſſimô Electore Colonienſi Domino meo Clementiſſimo, Tua *Patrocinante Gratiâ Judicis officio admotus eſſem.*

Cæpi

Cæpit & exinde hoc mihi debitum incumbere, quod & primo quovis tempore, ſummoque ſtudio ſolvendum eſſet; cui ut à me debitore Tuo *ſatisfieret, juſſit quidem, quæ in me meoſque â* Te *profluxit Gratia, at perſpecta mihi in ſolvendo retraxit imbecillitas, ne tamen Gratiæ factæ immemorem* Tua *me arguat* Excellentia, *me quoddam ſolutionis debitæ facturum ſperem initium, dum diſſertationem hanc Honori* Tuo *conſecratam volo, humillima, dum vixero, additurus obſequia, ſiquidem & illis Gratiæ acceptæ Magnitudo compenſari valeat.*

Quod ſi Judiciorum inventio eò collimet, ne quis in obmotis movendisve rerum & cauſarum controverſiis, auctoritate ſibi propriâ jus ſtatuat, ſed implorando Judicis Competentis Auctoritatem, ejus ſententiæ acquieſcat, Judicii Tui *ſapientiæ & æquitati diſcutiendum demiſſiſſimè defero, an hi ſint ſtudii mei juridici biennales fructus, ut gratiæ jam conceſſæ nonnihil reſpondeant, & manu Gratioſa admiſſi favores ulteriores concilient, in quo controverſiæ genere, ubi Judicem te faventem nactus fuero, Patronum mihi Gratioſiſſimum humillimis ſemper obſequiis, eâ quæ par eſt Reverentia devenerari allaborabo*

EXCELLENTIÆ TUÆ
ILLUSTRISSIMÆ, DOMINI, D.
MEI GRATIOSISSIMI

Servus infimus ac Cliens devotiſſimus
Caſparus Wilhelmus Joſephus
Gödden.